



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Cæsarius Mart. 1. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

porum immortalitas, beata visio, Christi conformitas, stellarum claritas, secura mansio, grata societas, jucunda fruitio, & divini luminis sempiterna comprehensio. S. Laurent. Justin. serm. de Omn. SS.

S. CÆSARIUS MART. 1. Novembr.

PRæferebat jam penè ipsi Romæ sese urbs Anxur, quod, quem semel illa omni ævo Curtium ostentarat, ipsa quoq; annis exhiberet Italæ. Nimirum vidisses Kalendis Januariis lectissimum quemque è juventute equo & armis conspicuum pro salute Reipubl. è sublimi monte in undas ire præcipitem, eoque factò nomen apud cives patris patriæ promereri. Et verò sceleris hujus irritamenta sclera erant alia, quæ sex aut octo totos menses inter omnem luxum & petulantiam impunè piaculares ejuscemodi hostiæ perpetrabant. Enimverò cùm ei spectaculo interesset CÆSARIVS ex Africâ redux, palam facti atrocitatem, verbis castigavit. Insaniam esse urbem, ne olim pereat, in flore suo facere perire, & ut serventur cives mali, optimum quemque ex his occidere, quid hoc aliud esse, nisi orco victimas sceleribus saginare, & sceleribus velle Superos demereri? At non ita sentire dux superstitionis Firminus, cuius impulsu Leontius vir consularis triduanâ fame vexatum CÆSARIVM ante currum ad Apollinis templum egit, nudum illum, sed paratissimum sic ad luctam. Et victimum se fassus est Apollo precibus Divi, cum templo & sacrificulo Firmino in terram dejectus sepultusque. Sed & Leontius post annum carcerem & inediam athleta Christi succubuit, priorque CÆSARIO pro fide mortuus est, qui demum culleo insitus cum Sacerdote Juliano in mare démersus est (ut ipse piè jactabat)

Nou.
itus,
scun-
enfio.

s.
urbs
Cur-
alia.
num
um
s ire
atris
cita-
otos
im-
ant.
ivs
rbis
flore
num
orco
peros
Fir-
tri-
ad
tis-
ol-
ni-
on-
eta
ide
Sa-
piè
pat)

2.Nov. VITÆ SANCTORVM. 535
jactabat) & natus cælo & denatus. Certè haud
paulò rectius pro patriâ mori Juventam docuit.
Ex Lippeloo.

Quid tibi cum carne & sanguine, qui divinam in te
gestas imaginem? quid tibi cum mundo & vitiis, qui
ad hoc conditus es, ut cælum concendas, atque cum
Angelicis spiritibus beatâ Dei visione fruari? S.Laur.
Justin.de Cont.mundi c.21.

COMMEMORATIO FIDELIUM
DEFUNCTORVM. 2.Novembris.

Pictas lacrimas, Mariane, oculis tuis objici-
mus, ut his oratoribus tibi exprimamus veras,
& quibus opem non fictæ calamitati feras, nec
jam pictos extingua ignes. Id porrò quàm meri-
tò facias, ex annalibus D.Dominici disce. Nume-
ravit hic inter alumnos suos duos præ cæteris pie-
tati deditos, Bertrandum alterum, alterum Bene-
dictum. Ille pro peccantibus, hic pro luentibus in
flammâ piaculari peccata multum solitus, pre-
ces ac sacrificia quisque in suos congerenda cre-
debat. Et pugnabat Benedictus magnis rationum
momentis, & ajebat, illos, si modò velint, rebus
suis abundè posse consulere, ore suo orare, manu
suâ avertere iram Numinis posse; hos verò, ut qui
manu carerent, utique auxiliari alterius egere.
Contrà contendebat Bertrandus tam hos suæ sa-
lutis, quàm alteros illos, nî à præcipitio abduce-
rentur, interitùs certos esse. itaque gravius peri-
clitantibus succurrendum. Et perstiteret in hâc
sententiâ, nisi ex purganti igne anima una omniū
legatione functa, terrore suo sub nocte inseguen-
tem, patrocinium suum & sociarum ita persuasi-
set, ut jam nemo alias pro his ad aram frequentiùs